



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Censvra Sacrae Facultatis Theologiae Parisiensis, In  
Librum cui titulus est: La Défense de l'authorité de N. S.  
P. le Pape, ..., contre les erreurs de ce temps, Par Iacques  
De Vernant, à Mets, 1658**

**Université <Paris> / Faculté de Théologie**

**Parisiis, 1665**

Lectori.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14744**



# LECTORI.



Ensura Sacrae Facultatis licet ubique, odorem vetustatis spiret, & Doctrinam sanam oculis omnium apertè subjiciat, cum tamen aliquos homines ita comparatos noverimus, ut quaecumque sibi minus arrideant nova ac peregrina prædicet, eorum moribus non nihil cõcedentes S. Basilium secuti sumus, qui accusatione novitatis pulsatus, veterum imploravit auxilium, S. Clementis Romani, S. Irenæi, Iulij Africani, Dionysii Romani, Dionysii Alexandrini, Gregorii Neocæsariensis & Firmiliani testimoniis veritatem, calumniis oppressam vindicavit, & accusatorum ora compescuit. Nudam si quis Censuram reformidet, si eius doctrinâ paucis verbis expositâ quis moveatur, nec fama Facultatis tot sæculis commendata, hunc scrupulum sanet; deposito metu, hanc adeat securus, dum Scripturâ Sacrâ, Conciliorum Definitionibus, Summorum Pontificum Decretis, & Sanctorum Patrum sententiis confirmatam intuebitur, nec ibi novitatis umbram quærat, ubi tot fulgent lumina vetustatis, & fateatur facultatem ea duntaxat posteris tradere quæ à maioribus acceperit: innumera eiusmodi, cum Censura conficeretur, in Facultate adducta sunt fundamenta; hæc pauca interim quæ retinimus, Tibi Lector benevole offerimus, expectantes ut qui, feliciori memoriâ valent, universa ac singula in lucem emittant.